atq; ſemper virgo felix celi por
ta umens illud aue gabrielis ore fũ
da nos i pace mutans nomẽ eue ol:
ue vincla reis profer lumen cecis ma
la noſtra pelle bona cuncta poſce õ
ſtra te eſſe matrẽ ſumat per te preces
qui ꝓ nobis natus tulit eẽ tuus. ir
go ſingularis inter omnes mitis nos
culpis ſolutos mites fac et caſtos i
tam preſta puram iter para tutũ vt
videntes ieſum ſẽper colletemur it
laus deo patri ſummo xp̃o decus ſpũi
ſancto trinus honor vnus. Amen. ỽ.
Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ℟
Propterea benedixit te deus ĩ eternũ.





ã. Beata mater. Cãticũ btẽ marie
Agnificat anima mea dominuꝫ.
t exultauit ſpũs meus ĩ deo
ſalutari meo uia reſpexit humili:
tatem ancille ſue:ecce enim ex hoc be
atam me dicent omnes generationes.
uia fecit michi magna qui potens
eſt:et ſanctum nomen eius t miſeri
cordia eius a progenie ĩ ꝓgenies timẽ
tibus eum ecit potentiaꝫ in brachio
ſuo:diſperſit ſuperbos mẽte cordis ſui
epoſuit potentes de ſede:et exalta:
uit humiles. ſurientes impleuit bo:
nis et diuites dimiſit ĩanes uſcepit
iſrael puerũ ſuum recordatus mĩe ſue
icut locutus eſt ad patres noſtros
abraham et ſemini eius ĩ ſecula lia
patri.ã. Beata mater et ĩnupta virgo
glorioſa regina mundi intercede ꝓ no
bis ad dominum. Kyri eleyſon. Chry:
ſte eleyſon. Kyri eleyſon. Domine ex:
audi orationem meam. Et clamor me
us ad te veniat Oratio.





Concede nos famulos tuos que
ſumus domine deus ꝑpetua mē-
tis et corporis ſanitate gaudere. ⁊ glo-
rioſa beate marie ſemper virginis in-
terceſſione a preſenti liberari triſticia
et eterna perfrui leticia. Per chriſtum
dominum noſtrum. Amen

Commemoratio de ſanctis.

a. Sancti dei omnes intercedere digne-
mini pro noſtra omniumqꝫ ſalute.
℣ Letamini in domino et exultate iu-
ſti. ℟. Et gloriamini omnes recti cor-
de Oratio.

Protege domine populum tuum
et apoſtolorum tuorum petri et
pauli et aliorum apoſtolorum patro-
cinio confidentem perpetua defenſio-
ne conſerua. Per dominum noſtrum

Omnes ſancti tui queſumus do-
mine nos vbiqꝫ adiuuent. Vt dū
eorum merita recolimꝰ patrocinia. ⁊c.

Ad completorium










Conuerte nos deus ſalutaris noſter. Et
auerte irã tuã a nobis. Deus in adiutoriũ
meũ intende. Domine ad adiuuandũ me:

feſtina Gloꝛia patri Sicut erat ps
Sepe expugnauerunt me a iuuē
tute mea: dicat nunc iſrael Se-
pe expugnauerūt me a iuuentute mea
etenim nō potuerūt michi Supꝛa doꝛ
ſum meum fabricauerunt peccatoꝛes
ꝓlongauerunt iniquitatem ſuaꝫ Do
minus iuſtus concidet ceruices pecca
toꝛum cōfundantur ⁊ conuertant re-
troꝛſum omnes qui oderūt ſyon Fiāt
ſicut fenū tectoꝝ quod priuſꝙ euella
tur exaruit De quo nō impleuit ma-
num ſuā qui metet: ⁊ ſinū ſuum q̄ ma
nipulos colliget Et nō dixerūt: qui p̄
teribāt benedictio dn̄i ſuper vos: bene
dicimus vobis in nomine dn̄i Gloria.
De profūdis clamaui ad te domi
ne: dn̄e exaudi vocem meā Fi-
ant aures tue intendentes: in vocē de
precationis mee Si iniquitates obſer
uaueris dn̄e: dn̄e quis ſuſtinebit. Qꝛ
apud te ꝓpiciatio eſt: et propter legem
tuam ſuſtinui te domine. Suſtinuit

anima mea i verbo eius: ſperauit ani
ma mea in domino A cuſtodia matu-
tina vſqꝫ ad noctē ſperet iſrael i domi
no Quia apud dominum miā: et copi
oſa apud eum redemptio Et ipſe redi
met iſrael: ex omnibus iniquitatibus
eius Gloria patri Pſalmus.

Domine non eſt exaltatum cor
meum: neqꝫ elati ſunt oculi mei
Neqꝫ ambulaui i magnis: neqꝫ i mi-
rabilibus ſuper me Si non humiliter
ſentiebam: ſed exaltaui aiam meam.
Sicut ablactatus eſt ſuper matre
ſua: ita retributio i aia mea Speret iſ
rael i domino: ex hoc nunc et vſqꝫ i ſe
culum Gloria patri Sicut erat. Hyꝰ
Memento ſalutis auctor Capm.

Ego mater pulcre dilectionis et
timoris et magnitudinis et ſacte
ſpei. Deo grās. ℣. Ora ꝓ nobis ſācta
dei genitrix ℟. Ut digni efficiamur ꝓ
miſſionibꝫ xp̄i. ā. Sub tuum preſidiū
Canticum ſymeonis







Nunc dimittis ſeruum tuum do
mine ſecundum verbum tuum
in pace. Quia viderunt oculi mei ſa
lutare tuum. Quod paraſti ante fa
ciem omnium populorum. Lumē ad
reuelationem gentium. et gl̃iam ple
bis tue iſrael. Gloria. ã. Sub tuū pre
ſidiū confugimus ſancta dei genitrix
noſtras deprecationes ne deſpicias in
neceſſitatibus noſtris. ſed a periculis
cunctis libera nos ſemper virgo bene
dicta. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſō. Ky
rie eleyſon. Dn̄e exaudi orōnem meã.
Et clamor meus ad te veniat. Orō.
Beate et glorioſe ſemperqꝫ vir
ginis marie queſumus domine
interceſſio glorioſa nos protegat. ꝛ ad
vitam perducat eternam. Per dn̄m
ã. Sancti dei omnes. v. Letamini. R.
Et gloriamini. Orō. Exaudi nos.
Omnes ſancti. Vt ſupra. Benedica
mus domino. Deo grãs. Benedicat ꝛ
cuſtodiat nos omnipotens et miſeri



coꝛs dominus pater et filius et ſpiri-
tus ſanctus. Amen. Canticum

Salue regina mīe vita dulcedo ⁊
ſpes noſtra. ſalue ad te clamam⁹
exules filii eue ad te ſuſpiramus ge-
mentes et flentes in hac lacrimarum
valle. Eya ergo aduocata noſtra il-
los tuos miſericoꝛdes oculos ad nos
conuerte. Et ieſum benedictū fructū
ventris tui nobis poſt hoc exiliū oſtē-
de. O clemēs. O pia. O dulcis maria.
℣. Aue maria gratia plena dominus
tecum. ℟. Benedicta tu in mulieribꝫ
et benedictus fructus ventris tui

Omnipotens ſempiterne deus qui
glorioſe virginis matris marie
coꝛpus et aīam vt dignū filii tui ha-
bitaculū effici mereret̄ ſpū ſancto co-
operante preparaſti. da vt cui⁹ cōme-
moratione letamur. eius pia interceſſi-
one ab inſtantibꝫ malis et periculis ⁊
a moꝛte perpetua atqꝫ ſubitanea libe-
remur. Per eūdem xp̄m dn̄m noſtrum







Fidelium aīe defunctorum ꝛc. ps.
Deus miſereatur noſtri. quere in lau
dibus. v. Dn̄e deus virtutum conuer
te nos. R. Et oſtende faciē tuam et ſal
ui erimus. v. Exurge xp̄e adiuua nos
R. Et libera nos propter nomē tuū.
Domine exaudi. Et clamor Oꝛō.
DEus qui illuminas noctem ꝛ lu
cem poſt tenebras facis: concede
nobis famulis tuis vt hanc noctē ſi-
ne vllo impedimento ſathane trāſea-
mus: atqꝫ in matutinis horis ad ſctm̄
altare tuū recurrentes: tibi dn̄o deo vi
uo et vero laudes ꝛ grās agamus. p
PRotector in te ſperantiū deus ſi
ne quo nichil eſt validum nichil
ſanctū: multiplica ſuper nos miam tu
am: vt te rectore te duce ſic tranſeamus
per bona temporalia vt non admitta-
mus eterna. Per xp̄m dn̄m noſtrum.
Pro fidelibus defunctis. ps.
DE profundis clamaui ad te do-
mine: domine exaudi vocem meam.



iant aures tue intendentes: in vo-
cem deprecationis mee. i iniquita-
tes obſeruaueris domine: domine quis
ſuſtinebit. uia apud te propiciatio
eſt: et propter legem tuam ſuſtinui te
domine. uſtinuit anima mea in ver-
bo eius: ſperauit anima mea in domi-
no. cuſtodia matutina vſqꝫ ad no-
ctem: ſperet iſrael in domino. uia
apud dominum miſericordia et copio-
ſa: apud eum redemptio. t ipſe redi-
met iſrael: ex omnibus iniquitatibus
eius. ℣. Requiem eternam dona eis
domine. ℟. Et lux perpetua luceat
eis. ℣. Domine exaudi orationem
meam. ℟. Et clamor meus ad te ve-
niat. Require orationes in offi-
cio pro defunctis.

Iſte pſalmus et alii duo ſequen-
tes cum ſuis antiphonis dicuntur die
martis et die veneris ad matutinas.
ān. Specie tua et pulcritudine tua
intende ꝛc. Pſalmus.





Ructauit cor meum verbũ bo
nũ: dico ego opera mea regi. i
gua mea calamus ſcribe velociter ſcri
bentis. peciosus forma pre filiis ho
minũ diffuſa eſt gratia in labiis tuis
propterea benedixit te deus in eternũ.
ccingere gladio tuo ſup femur tuũ
potentiſſime. pecie tua et pulcritu
dine tua. intende proſpere procede et re
gna. ropter veritatem et manſuetu
dinem et iuſticiam. et deducet te mira
biliter dextera tua. agitte tue acu
te populi ſub te cadent in corda inimi
corũ regis. edes tua deus in ſeculũ
ſeculi. Virga directionis virga regni
tui. ilexiſti iuſticiam et odiſti iniqui
tatem. propterea vnxit te deus deꝰ tu
us oleo leticie pre cõſortibz tuis. ir
ra et gutta et caſia a veſtimentis tuiſ
a domibz eburneis. ex q̃bus delectaue
rũt te filie regũ in honore tuo. ſtitit
regina a dextris tuis in veſtitu deau
rato circũdata varietate. udi filia et





et vide et inclina aurem tuam:et obli
uiſcere populum tuum et domum pa
tris tui. Et cōcupiſcet rex decorem tu
um.quoniam ipſe eſt dominus deus tuus et
adorabunt eum. Et filie tyri in mune
ribus vultum tuum deprecabuntur:
omnes diuites plebis. Omnis gloria
eius filie regis abintus in fimbriis au
reis:circumamicta varietatibus. Ad
ducentur regi virgines poſt eam: proxi
me eius offerentur tibi. Afferentur in
leticia et exultatione:adducentur ī tē
plum regis. Pro patribus tuis nati
ſunt tibi filii:conſtitues eos principes
ſuper omnem terram. Memores erunt
nominis tui dñe:in omni generatione
et generationem. Propterea populi cō
fitebuntur tibi in eternum ⁊ in ſeculū
ſeculi. Gloria patri. Sicut.ā. Specie
tua et pulcritudine tua intende pſpe
re procede ⁊ regna.ā. Adiuuabit.ps.

Deus noſter refugium ⁊ virtus
adiutor in tribulationibus que







inuenerunt nos nimis Propterea nõ
timebimus dum turbabitur terra: et
transferentur montes in cor maris.
Sonuerunt et turbate ſunt aque eo-
rum: conturbati ſunt montes in forti
tudine eius Fluminis impetus leti-
ficat ciuitatem dei: ſanctificauit taber-
naculum ſuum altiſſimus. Deus in
medio eius non commouebitur: adiu-
uabit eam deus mane diluculo Con-
turbate ſunt gentes et inclinata ſunt
regna: dedit vocem ſuam mota eſt ter
ra Dominus virtutum nobiſcum: ſu
ſceptor noſter deus iacob Venite ⁊ vi
dete opera domini que poſuit prodigia
ſuper terram: auferens bella vſq; ad
finem terre Arcum conteret et cõfrin
get: arma et ſcuta comburet igni Va-
cate et videte quoniam ego ſum deus
exaltabor i gẽtib; ⁊ exaltabor in terra
Dñs virtutum nobiſcum: ſuſceptor
noſter deus iacob Gloria patri et filio.
ã. Adiuuabit eam deus vultu ſuo de-



us in medio eius non commouebitur.
ã. Sicut letantium Pſalmus
Fundamenta eius in montibus
ſanctis: diligit dominus portas
ſyon ſuper omnia tabernacula iacob.
Glorioſa dicta ſunt de te: ciuitas dei
Memor ero raab et babilonis ſcienti-
um me. Ecce alienigene et tyrus ⁊ po-
pulus ethiopum: hi fuerunt illic. Nũ-
quid ſyon dicet homo et homo natus
eſt in ea: et ipſe fundauit eam altiſſi-
mus. Dominus narrabit ī ſcripturis
populorum et principum: horum qui
fuerunt in ea. Sicut letantium omnī
um habitatio eſt in te. Gloria patri et
filio et ſpiritui ſancto. Sicut erat in
principio. ãn. Sicut letantium omni-
um noſtrum habitatio eſt in te ſancta
dei genitrix. ℣. Diffuſa eſt gratia in
labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te
deus in eternum. Pater noſter. Et ne
nos. Benedictio. Precibꝫ ⁊ meritis. et
cetera Ut ſupra.





Iſte pſalmus et alii duo ſequētes cum ſuis antiphonis dicuntur die mercurii ⁊ ſabbati ad matutinas. ā. Gaude maria virgo. Pſalmus

Cantate dn̄o canticū nouum: cātate domino omnis terra. Cantate dn̄o et benedicite nomini eius. annunciate de die in diem ſalutare eius. Annūciate inter gentes gl̄iam eius: in omnibꝫ populis mirabilia ei⁹. Qm̄ magnus dominus ⁊ laudabilis nimis terribilis eſt ſup omnes deos. Quoniam omnes dii gentium demonia: dominus autē celos fecit. Confeſſio et pulcritudo in cōſpectu eius: ſanctimonia et magnificentia ī ſanctificatione ei⁹. Afferte dn̄o patrie gentium afferte domino gl̄iam et honorem: afferte domino gloriā nomini eius. Tollite hoſtias et introite ī atria eius: adorate dominum in atrio ſancto eius. Commoueatur a facie eius vniuerſa terra: dicite in gentibus quia dominus regna-





nit. Etenim correxit orbem terre qui nō commouebitur: iudicabit populos in equitate. Letentur celi et exultet terra: cōmoueatur mare ꝛ plenitudo eius gaudebunt campi et omnia que in eis sūt. Tunc exultabūt omnia ligna siluarum a facie domini quia venit: qm̄ venit iudicare terram. Iudicabit orbem terre in equitate: ꝛ populos in veritate sua. Gloria patri.ā. Gaude maria virgo cunctas hereses sola interemisti in vniuerso mundo.ā. Dignare.

Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. Nubes et caligo ī circuitu eius: iusticia et iudicium correctio sedis eius. Ignis ante ipm̄ precedet: et inflamabit in circuitu inimicos eius. Illuxerunt fulgura eius orbi terre. Vidit et cōmota ē terra. Montes sicut cera fluxerunt a facie dn̄i: a facie domini omnis terra. Annunciauerunt celi iusticiam eius: ꝛ viderunt omnes populi gloriam eius







Confundantur omnes qui adorant
ſculptilia:et qui gloriantur in ſimula
cris ſuis. Adorate eum omnes angeli
eius:audivit et letata eſt ſyon. Et ex
ultaverunt filie iude propter iudicia
tua domine. Quoniam tu dominus al
tiſſimus ſuper omnem terram: nimis
exaltatus es ſuper omnes deos. Qui
diligitis dominum odite malum:cuſto
dit dominus animas ſanctorum ſuo
rum:de manu peccatoris liberavit eos.
Lux orta eſt iuſto:et rectis corde le
ticia. Letamini in domino et confite
mini memorie ſanctificationis eius.
Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto
Sicut. aña. Dignare me laudare te
virgo ſacrata da michi virtutem con
tra hoſtes tuos. aña. Poſt partum. ps.
Cantate domino canticum novū:
quia mirabilia fecit. Salvavit
ſibi dextera eius:et brachium ſanctum
eius. Notum fecit dominus ſalutare
ſuum : in cōſpectu gentium revelavit





iuſticiam ſuam ecordatus eſt miſe
ricordie ſue: et veritatis ſue domui iſ
rael. iderunt omnes termini terre:
ſalutare dei noſtri. ubilate deo om
nis terra: cantate et exultate et pſal
lite ſallite domino in cythara in cy
thara et voce pſalmi: in tubis ductili
bus et voce tube cornee ubilate in
conſpectu regis domini moueatur ma
re et plenitudo eius orbis terrarum: et
vniuerſi qui habitãt in eo. lumina
plaudent manu ſimul montes exulta
bunt a conſpectu domini: quoniam ve
nit iudicare terram. udicabit orbez
terrarum in iuſticia: et populos in ve
ritate loria patri icut erat. an
Poſt partum virgo inuiolata permã
ſiſti dei genitrix intercede pro nobis. ℣
Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ℟.
Propterea benedixit te deus in eternũ
Pater noſter. Et ne nos. Sed libera.
Benedictio. Precibus et meritis. &c.
Vt ſupra in matutinis









In aduentu domini officium beate marie dicitur modo predicto. exceptis ſpecialibus antiphonis in tempore inferius ordinatis

Ad veſperas primi ſabbati de aduentu vſq; ad vigiliam natiuitatis dñi agitur officium modo ſubſcripto.

Sabbato ante primam dominicã de aduentu Ad veſperas.

Deus in adiutorium meum intẽ de. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri. ã. Miſſus ē cum reliquis antiphonis de laudibus. ps. Dixit dominus. ps. Laudate pueri. cũ reliquis antiphonis. Capl'm.

Egredietur virga de radice ieſſe et flos de radice eius aſcendet: et requieſcet ſuper eũ ſpũs domini. Deo grãs. Hy9. Aue maris ſtella. ℣. Diffuſa ē gratia ĩ labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus ĩ eternum. Ad mag. ã. Spũs ſanctus ĩ te deſcendet maria ne timeas habens ĩ vtero filium dei.



Alleluya. Kyri eleyſō. Chriſte eleyſō. Kyri eleyſon. Dñe exaudi. Et. Oro.

[D]Eus qui de beate marie virgīs vtero verbum tuum angelo nūciante carnem ſuſcipere voluiſti p̄ſta ſupplicibus tuis. Vt qui vere eam dei genitricem credimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per. ā.

Ecce dñs veniet ⁊ omnes ſancti eius cum eo ⁊ erit in die illa lux magna. allā. ℣. Ecce apparebit dominus ſup nubem candidam. ℟. Et cum eo ſanctorum milia. Oratio.

[C]Onſcientias noſtras queſumus domine viſitando purifica: vt veniens ieſus xp̄s filius tuus dominus noſter cum omnibus ſanctis paratam ſibi ĩ nobis inueniat manſionē Qui tecum viuit. Ad completorium.

[C]Onuerte nos deus ſalutaris noſter. [E]t auerte iram tuā a nobis. [D]eus ĩ adiutorium meū intende. [D]omine ad adiuuādum. [G]loria patri.







pi. Sepe expugnauerunt. De profun
dis Domine non eſt exaltatum Hy⁹
Memento ſalutis. Capm
Ecce virgo concipiet et pariet fi-
lium et vocabitur nomen eius
emmanuel butirum ⁊ mel comedet vt
ſciat reprobare malum et eligere bonū
Deo gratias. ℣. Angelus domini nū-
ciauit marie. ℟. Et concepit de ſpiri-
tu ſancto. ā. Spūſſanctus. ꝑ Nunc di-
mittis ā. Spūſſanctus quere in veſpe
ris Ad matutinas omnia dicuntur
ſicut ante aduētum vſqꝫ ad lectiones
excepta ā. noni pi. et loco eius vbi dici
tur. Poſt partum dicitur ā. Angelus
Et loco illarum lectionum ſcꝫ In oi
bus requiem. Et ſic in ſyon et Quaſi
cedrus: dicunt lectiões q̄ ſequūt. l.i
Miſſus eſt gabriel angelus a deo
in ciuitatem galilee cui nomen
nazareth ad virginem deſponſatam
viro cui nomē erat ioſeph de domo da
uid et nomen virginis maria. Et in-



greſſus āgelus ad eam dixit. Aue gra
tia plena dñs tecū benedicta tu in mu-
lieribus. Tu aūt ℟ Miſſus eſt ga-
briel angelus ad mariam virginē de-
ſpōſatam ioſeph nūcians ei verbum.
⁊ expaueſcit virgo de lumie Ne time-
as maria inueniſti grām apd dñm Ec-
ce concipies et paries filium et voca-
bitur altiſſimi filius. ℣ Dabit ei dñs
deus ſedem dauid patris eius et regna
bit in domo iacob ineternū. Ecce. L.ii

Que cum audiſſet turbata eſt in
ſermone eius: et cogitabat qua-
lis eſſet iſta ſalutatio Et ait angelus
ei. Ne timeas maria inueniſti enī grām
apud dñm. Ecce concipies in vtero et
paries filium et vocabis nomen eius
ieſum. Hic erit magnus et filius altiſ
ſimi vocabitur. Et dabit illi dominus
deus ſedem dauid patris eius: ⁊ regna
bit in domo iacob in eternum: et regni
eius non erit finis. Tu autem domi-
ne miſerere noſtri. Deo gratias









M Aue maria gratia plena dñs tecū
Spūſſanctus ſuperueniet ī te et vir-
tus altiſſimi obūbrabit tibi: quod eni
ex te naſcetur ſanctum vocabitur fili
us dei. V. Quomodo fiet iſtud quoniā
virum non cognoſco: et reſpōdens an
gelus dixit ei: Spūſſanctus. Lcō. iii.

Dixit autem maria ad angelum
Quomodo fiet iſtud qm̄ virum
nō cognoſco: Et reſpondens angelus
dixit ei. Spūſſanctus ſuperueniet ī te
et virtus altiſſimi obūbrabit tibi. Ideo
qz et qd naſcetur ex te ſanctum voca-
bitur filius dei. Et ecce helizabeth co-
gnata tua et ipſa concepit filium in ſe
nectute ſua Et hic menſis eſt ſextus
illi que vocatur ſterilis qr non erit im
poſſibile apud deum omne verbum
Dixit autem maria ad angelū, Ecce
ancilla dñi: fiat michi ſecundum ver-
bum tuum Tu aūt. R. Suſcipe ver
bum virgo maria quod tibi a domino
per angelum tranſmiſſum eſt. concipi



ea deum pariet et hominem. Ut bene
dicta dicatis iter omnes mulieres. ℟.
Paries qdem filium et virginitatis nō
patieris detrimētum efficieris grau=
da et eris mater ſemp itacta. Ut bene
dicta. Glīa. Ut benedicta. In laud. ā.
MIſſus eſt gabriel āgelus ad ma
riam vginem deſponſatā ioſeph
ps. Dn̄s regnauit. ā. Aue maria gra
tia plena dn̄s tecum benedicta tu ī mu
lieribus allā. ps. Jubilate. ā. Ne time
as maria inuenisti grām apud dn̄z ecce
cōcipies ⁊ paries filium allā. ps. Deꝰ
deus meus. ā. Dabit ei dn̄s ſedem da
uid patris eius: ⁊ regnabit ī domo ia
cob ī eternum. ps. Bn̄dicite omnia. ā.
Ecce ancilla dn̄i fiat michi ſecūdum
verbum tuum. ps. Laudate. Capm
Egredietur. quere ī primis veſperis.
Hyꝰ O glioſa domina. ℣. Bn̄dicta tu
ī mulieribus. ℟. Et bn̄dictus fructꝰ.
ventris tui. Ad bn̄dictus. ā. Spiritus
ſanctus. Kyri eleyſon. Christe eleyſō.

kyrieleyſon. Oratio. Deus qui de be
ate. ā, Ecce dominus veniet. Oratio.
Conſcientias. quere totum in primis
veſperis. Ad primam. ā. Miſſus ē.
Capitulum. Ecce virgo concipiet. ꝟ.
Dignare me laudare. ꝛc. ℞. Da michi
virtutem. Ut ſupra. Orō. Deus qui
de beate. ā. Ecce dominus. ꝟ. Ecce ap-
parebit. ℞. Et cum eo. Orō. Conſcien
tias. Et dicitur ad oēs horas. Ad
terciā. ā. Aue maria. Capm̄. Egredie-
tur virga. ꝟ. Diffuſa eſt. Pro ſanctis
Ut ſupra. Ad ſextam. ā. Ne timeas
maria. Capitulum

Dabit ei dominus ſedem dauid pa
tris eius et regnabit in domo iacob in
eternum: et regni eius non erit finis.
Deo gratias. ꝟ. Benedicta tu. ℞. Et
benedictus. Pro ſāctis. Ut ſupra Ad
nonam. ā. Ecce ancilla. Capm̄. Ecce
virgo. ꝟ. Angelus domini nunciauit
marie. ℞. Et concepit de ſpiritu ſan
cto. Orationes et ꝟ. Ut ſupra. Bene

dicamus domino. Deo gratias.
Item notandum eſt expreſſe ꝙ ad
uentus domini ſemper incipit in do:
minica proximiori feſto ſancti andree
ſiue ſit ante ſiue poſt. Verũtamen ſi
accidat ꝙ feſtum ſancti andree cadat ĩ
dominica etiam in eadem dominica de
bemus incipere aduentum domini
Et ſcias ꝙ quando feſtum ſancti an:
dree eſt in die iouis/Veneris /vel ſab:
bati aduentꝰ dñi incipit in dñica ſequẽ
ti. Quãdo vero eſt in lune vel martis
vel mercurii: aduẽtus dñi incipit ĩ do
minica precedenti. Et hec ſufficiant.
Poſterius notandũ eſt ꝙ a vigilia
natiuitatis dñi vſqꝫ ad purificationẽ
beate marie fit officiũ ſicut ãte aduẽ:
tũ excepto ꝙ per omnes horas dicitur
hec orõ Deus qui ſalutis. additis ora
tionibus de apoſtolis cum aliis. et cũ
ſuis v. et aĩs ſicut notatũ eſt añ aduẽ
tũ ĩ officio. Et ſcias ꝙ nichil mutat̃ ĩ
mat. ſꝫ dr̃ ad longum ſicut ſũt notata

laus deo.

Sola fides ſufficit



Domine labia
m ea aperies



Et os meum
annunciabit



Item ad laudes et per omnes ho:
res diei et ad veſperas ⁊ completoꝛiũ
dicũtur antiphone que ſequũtur. quia
loco illi⁹ antiphone. Aſſumpta ē ma:
ria dicitur hec. ã. O admirabile com:
mercium creatoꝛ generis humani ani:
matum coꝛpus ſumēs de virgine na:
ſci dignatus eſt. ⁊ pcedēs homo ſine ſe
mine largitus eſt nobis ſuam deitatē
ps. Dñs regnauit decoꝛem. ã. Quãdo
natus es ĩeffabiliter ex virgine tunc
impłete ſũt ſcripture ſicut pluuia in
vellus deſcēdiſti vt ſaluũ faceres ge
nus humanum: te laudamus deus no
ſter. ps. Jubilate deo omnis terra. ã.
Rubum quem viderat moyſes icom:
buſtum conſeruatam agnouim⁹ tuaz
laudabilem virginitatez dei genitrix
intercede pro nobis. ps. Deus de⁹ m.e⁹
ã. Germinauit radix ieſſe oꝛta ē ſtel:
la ex iacob virgo peperit ſaluatoꝛem
te laudamus deus noſter. ps. Benedi
ã. Ecce maria genuit nobis ſaluato





tem quē iohannes videns exclamauit
dicēs ecce agnus dei ecce qui tollit pec
cata mundi allā. pſ. Laud. Ad bn̄dict⁹
ā. Mirabile miſterium declaratur ho:
die innouantur nature deus homo fa:
ctus eſt id qđ fuit ꝑmanſit ⁊ quod nō
erat aſſūpſit non cōmixtionē paſſus
neq₃ diuiſionē. ¶ Ad mag. ⁊ nūc dimit.
ā. Magnū hereditatis miſteriū tēplū₃
dei factus eſt vterus neſciens virum
nō eſt pollutus ex ea carnē aſſumens
oēs gētes venient dicētes glīa tibi dn̄e
¶ Sciendū eſt ꝙ a vigilia paſche vſ
q₃ ad aſcēſionē dn̄i fit officiū btē ma:
rie ſicut an̄ aduētū: excepto ꝙ ad bn̄d⁹
⁊ ad mag. ⁊ ad nūc dimittis: et in fine
cuiuſlibet hore dicitur hec ān. Regina
celi letare allā. V. quē meruiſti porta
re allā. Reſurrexit ſicut dixit allā.
Ora ꝓ nobis deum alleluya

¶ Sequuntur ſeptem pſalmi penitē
tiales. ā. Ne reminiſcaris.









Domine ne in furoꝛe tuo arguas me:neqꝫ in
ira tua coꝛripias me Miſerere mei dñe quo/
niam infirmus ſum: ſana me domīe quoni/

am conturbata ſunt oſſa mea Et ani
ma mea turbata eſt valde: ſed tu do:
mine vſquequo. Conuertere domine
et eripe animam meam: ſaluũ me fac
propter miſericordiam tuam Quoni:
am non eſt in morte qui memor ſit tui
in inferno autem quis confitebitur ti
bi. Laboraui in gemitu meo lauabo
per ſingulas noctes lectum meum: la
crimis meis ſtratũ meũ rigabo Tur:
batus eſt a furore oculus meus: inue:
teraui inter omnes inimicos meos.
Diſcedite a me omnes qui operamini
iniquitatem: quoniam exaudiuit do:
minus vocẽ fletus mei Exaudiuit
dominus deprecationem meam: domi
nus orationem meam ſuſcepit Eru:
beſcant et conturbentur vehementer
omnes inimici mei: conuertãtur et eru
beſcant valde velociter. Gloria pa:
tri et filio Sicut erat in principio Ps
BEati quorum remiſſe ſunt iniq:
tates: et quorum tecta ſunt peccata




Beatus vir cui non imputauit dñs
peccatum:nec eſt in ſpiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerunt oſſa
mea:dum clamarem tota die. Quoni=
am die ac nocte grauata eſt ſuper me
manus tua: cõuerſus ſum in erumna
mea dum configitur ſpina. Delictum
meum cognitum tibi feci:et iniuſticiã
meam non abſcondi. Dixi confitebor
aduerſum me iniuſticiam meam domi=
no:et tu remiſiſti impietatem peccati
mei. Pro hac orabit ad te omnis ſan=
ctus:in tempore oportuno. Veruntã=
men in diluuio aquarum multarum:
ad eum non approximabũt. Tu es re=
fugium meum a tribulatione que cir=
cumdedit me:exultatio mea erue me a
circundantibus me. Intellectum tibi
dabo et inſtruam te in via hac qua gra
dieris firmabo ſuper te oculos meos.
Nolite fieri ſicut equus et mulus: q
bus non eſt intellectus. In chamo et
freno maxillas eorum conſtringe:qui



non approximant ad te. Multa flagel
la peccatoris: ſperantem autem in do
mino miſericordia circundabit. Leta
mini in domino et exultate iuſti: ⁊ glo
riamini omnes recti corde. Gloria. pa.
DOmine ne in furore tuo arguas
me: neqꝫ in ira tua corripias me
Quoniam ſagitte tue infixe ſunt mi
chi: et confirmaſti ſuper me manuꝫ tu
am Non eſt ſanitas ĩ carne mea a fa
cie ire tue non eſt pax oſſibus meis: a
facie peccatorum meorum Quoniam
iniquitates mee ſupgreſſe ſunt caput
meũ: et ſicut onus graue grauate ſũt
ſuper me Putruerunt et corrupte ſũt
cicatrices mee: a facie inſipientie mee.
Miſer factus ſum et curuatus ſum
vſqꝫ in finem: tota die contriſtatus ĩ
grediebar Quoniaꝫ lumbi mei imple
ti ſunt illuſionibus: et non eſt ſanitas
in carne mea Afflictus ſum et humi
liatus ſum nimis: rugiebam a gemi
tu cordis mei. Domine ante te omne









deſiderium meum: et gemitus meus
a te non eſt abſconditus. Cor meum
conturbatum eſt in me dereliquit me
Virtus mea: et lumen oculorum meo
rum et ipſum non eſt mecum. Amici
mei et proximi mei aduerſũ me appro
pinquauerũt et ſteterut. Et qui iux
ta me erant de longe ſteterunt et vi fa
ciebant qui querebant animam meam
Et qui inquirebant mala michi locu
ti ſunt vanitates: ⁊ dolos tota die me
ditabantur. Ego autem tanq̃ ſurdus
non audiebam: et ſicut mutus non a-
periens os ſuuz. Et factus ſum ſicut
homo non audiens: et non habens in
ore ſuo redargutiones. Quoniam in
te domine ſperaui: tu exaudies me do
mine deus meus. Quia dixi nequãdo
ſupergaudeant michi inimici mei: et
dum commouentur pedes mei ſu-
per me magna locuti ſunt. Quoniam
ego in flagella paratus ſum: et dolor
meus in conſpectu meo ſemper. Quo-

niam iniquitatem meam annunciabo et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt et confirmati ſunt et multiplicati ſunt: qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebāt michi: qm̄ ſequebar bonitatē. Ne derelinquas me domīe deus meus: ne diſceſſeris a me. Intende in adiutoriū meum: domīe deus ſalutis mee. Gloria patri. Sicut erat

Miſerere mei deus ſecundum magnā miſericordiam tuam. Et ſecūdum multitudinē miſerationū tuaꝝ dele ĩiquitatē meā. Amplius laua me ab ĩiquitate mea: et a peccato meo mūda me. Quoniā iniquitatem meam ego cognoſco: et peccatum meū contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui et malum coram te feci vt iuſtificeris in ſermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibꝫ conceptus ſum: et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veri-







Domine labia
mea aperies



Et os meum
annunciabit



tātem dilexiſti: incerta et occulta ſapi
ētie tue manifeſtaſti michi. Aſperges
me domine yſopo et mundabor: laua
bis me et ſuper niuem dealbabor. Au
ditui meo dabis gaudium et leticiam.
et exultabunt oſſa humiliata. Auer
te faciem tuam a peccatis meis: et oēs
iniquitates meas dele. Cor mundum
crea in me deus: ſpiritum rectum in
noua in viſceribus meis. Ne proiici
as me a facie tua: et ſpiritum ſanctum
tuum ne auferas a me. Redde michi
leticiam ſalutaris tui: et ſpiritu prin
cipali confirma me. Docebo iniquos
vias tuas: et impii ad te conuertātur
Libera me de ſanguinibus deus deꝰ
ſalutis mee: et exultabit lingua mea
iuſticiam tuam. Domine labia mea
aperies: et os meum annunciabit lau
dem tuam. Quoniam ſi voluiſſes ſa
crificiū dediſſem: vtiqȝ olocauſtis nō
delectaberis. Sacrificium deo ſpiritꝰ
contribulatus: cor contritum et humi



liatum deus non deſpicies. Benigne
fac domine in bona Voluntate tua ſy
on: Vt edificentur muri hieruſalē. Tunc
acceptabis ſacrificium iuſticie oblati
ones et olocauſta: tunc imponent ſup
altare tuum Vitulos. Gloria. Ps.
Domine exaudi orationem meã:
et clamor meꝰ ad te Veniat. Non
auertas faciem tuam a me in quacun
qz die tribulor inclina ad me aurem tu
am. In quacunqz die iuocauero te Ve
lociter exaudi me. Quia defecerunt ſi
cut fumus dies mei: et oſſa mea ſicut
cremium aruerũt. Percuſſus ſum Vt
fenum et aruit cor meū: quia oblitus
ſum comedere panem meum. A Voce
gemitus mei: adheſit os meum carni
mee. Similis factus ſū pellicano ſo
litudinis: factus ſum ſicut nicticorax
in domicilio. Vigilaui et factus ſum
ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota
die exprobrabant michi inimici mei: et
qui laudabant me aduerſum me iura

bant Quia cinerem tanq̄ panem mā
ducabam:et potum meum cū fletu mi
ſcebam A facie ire indignationis tue
quia eleuans aliſiſti me Dies mei ſi-
cut Vmbra declinauerunt:et ego ſicut
fenum arui Tu autem domine ineter
num permanes:et memoriale tuum i
generatione et generationem Tu exſ-
urgens domine miſereberis ſyon quia
tempus miſerendi eius quia venit tē-
pus Quoniam placuerunt ſeruis tu/
is lapides eius:et terre eius miſerebū
tur Et timebunt gentes nomen tuū
domine:et omnes reges terre gloriam
tuam Quia edificauit dominus ſyon
et videbitur in gloria ſua Reſpexit i
orationem humilium:et non ſpreuit
precem eorum Scribantur hec in ge-
neratione altera:et populus qui crea-
bitur laudabit dominum. Quia pro-
ſpexit de excelſo ſancto ſuo: dominus
de celo in terram aſpexit. Ut audiret
gemitus compeditorum: Ut ſolueret

filios interemptorum. Vt annunciāt
in ſyon nomen domini: et laudem eius
in hieruſalem. In conueniendo popu
los in vnum: et reges vt ſeruiant do-
mino. Reſpondit ei in via virtutis
ſue: paucitatem dierum meorum nun
cia michi. Ne reuoces me in dimidio di
erum meorum: in generatione et gene
rationem anni tui. Initio tu domine
terram fundaſti: et opera manuum tu
arum ſunt celi. Ipſi peribunt tu au-
tem permanes: et omnes ſicut veſti-
mentum veteraſcent. Et ſicut oper-
torium mutabis eos et mutabuntur:
tu autem idem ipſe es et anni tui non
deficient. Filii ſeruorum tuorum ha-
bitabūt: ⁊ ſemen eoꝝ in ſeculū diriget
Gloria patri. Sicut erat. Ps.
De profundis clamaui ad te do-
mine: domine exaudi vocē meā
Fiant aures tue intendentes: in vo-
cem deprecationis mee. Si iniquitates
obſeruaueris dn̄e: dn̄e quis ſuſtinebit




Quia apud te propiciatio eſt : et pro-
pter legem tuam. ſuſtinui te domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius
ſperauit anima mea in domino A cu-
ſtodia matutina vſq; ad noctem: ſpe-
ret iſrael in domino Quia apud dñm
miſericordiã: & copioſa apud eum redẽ
ptio Et ipſe redimet iſrael: ex omnibꝫ
iniquitatibus eius Gloria Pſ.
Domine exaudi orationem meã
auribus percipe obſecrationem
meam: in veritate tua exaudi me in
tua iuſticia Et non intres in iudiciũ
cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabit
in conſpectu tuo omnis viuẽs Quia
perſecutus eſt inimicus animam meã
humiliauit in terra vitam meã Col-
locauit me in obſcuris ſicut mortuos
ſeculi et anxiatus eſt ſuper me ſpiritꝰ
meus in me turbatum eſt cor meum.
Memor fui dierum antiquorum me-
ditatus ſum in omnibus operibus tu-
is: et in factis manuum tuarum medi



tabat. Expandi manꝰ meas ad te ani
ma mea: ſicut terra ſine aqua tibi. Ve
lociter exaudi me domine: defecit ſpiri
tus meus. Non auertas faciem tuaꝫ
a me: et ſimilis ero deſcendentibus in
lacum. Auditam fac michi mane mi-
ſericordiam tuam: quia in te ſperaui.
Notam fac michi viam in qua am-
bulem: quia ad te leuaui animam me-
am. Eripe me de inimicis meis ad te
confugi. doce me facere voluntatem
tuaꝫ quia deus meus es tu. Spiritus
tuus bonus deducet me in terram re-
ctam. propter nomen tuum domine vi
uificabis me in equitate tua. Educes
de tribulatione animam meam, et in
miſericordia tua diſperdes omnes ini-
micos meos. Et perdes omēs qui tri
bulant animam meam. quoniam ego
ſeruus tuus ſuꝫ. Gloria patri. Sicut
ā. Ne reminiſcaris domine delicta no
ſtra vel parentum noſtrorum neqꝫ vi
dictam ſumas de peccatis noſtris par

Sancta ma-
ria mater cri



ſti audi rogā
tes ſeruulos



Laudate dñꝫ
oēs āgeli eiꝰ



Spes mea i deo est.

ce populo tuo quem redemiſti precio-
ſo ſanguine tuo ne ineternum iraſca-
ris nobis Letania

Kyri eleyſõ Chriſte eleyſõ Kyri
eleyſon Chriſte audi nos. Pa-
ter de celis deus miſerere nobis. Fili
redẽptor mundi deus: miſerere nobis.
Spũs ſctẽ deus: miſerere nobis Sã
cta trinitas unus de⁹ miſerere nobis.

Sancta maria Ora pro nobis
Sancta dei genitrix. ora
Sancta virgo virginum ora
Sancte michael ora
Sancte gabriel ora
Sancte raphael ora
Omnes ſancti angeli et archangeli
dei Orate pro nobis
Oēs ſcti btõꝝ ſpũum ordines orate
Sancte iohannes baptiſta ora
Oēs ſcti patriarche et pphete orate
Sancte petre ora
Sancte paule ora
Sancte andrea ora

qui se humiliat exaltabit

ancte iacobe ora
ancte iohannes ora
ancte philippe ora
ancte bartholomee ora
ancte thoma ora
ancte mathee ora
ancte iacobe ora pro nobis
ancte ſymon ora
ancte thadee ora
ancte mathia ora
ancte barnaba ora
ancte luca ora
ancte marcialis ora
mēs ſci apoſtoli et euāgeliſte orate
mnes ſancti diſcipuli domini orate
mnes ſancti innocentes orate
ancte ſtephane ora
ancte clemens ora
ancte fabiane ora
ancte laurenti ora
ancte Vincenti ora
ancte thoma ora
ancte geruaſi ora

Sup ea volucres celi habitabunt de medio petraꝝ dabūt laudes



ancte prothaſi ora
ancte dyoniſi cum ſociis tuis ora
ancte maurici cum ſociis tuis. ora
ancte euſtachi cum ſociis tuis ora
ancte georgi ora
ancte eutropi or
ancte quintine or
mnes ſancti martires orate
ancte gregori. or
ancte nichaſi or
ancte ambroſi or
ancte auguſtine. Ora pro nobis
ancte hieronime or
ancte remigi or
ancte marcelle or
ancte nicolae or
ancte eligi Ora pro nobiſ
ancte egidi or
ancte iuliane or
ancte benedicte or
ancte maure. Ora pro nobis
ancte leobine or
ancte ſulpici or



Sancte leonarde ora
Omnes ſancti confeſſores orate
Sancta anna ora
Sancta maria magdalena ora
Sancta agatha ora
Sancta agnes ora
Sancta lucia ora
Sancta cecilia ora
Sancta katherina ora
Sancta barbara ora
Sancta genouefa ora
Sancta fides ora
Sancta ſpes ora
Sancta caritas ora
Omnes ſancte virgines orate
Omnes ſancti et ſancte dei orate
Propicius eſto. parce nobis domine.
Ab omni malo: libera nos dñe. Ab in-
ſidiis dyaboli. l. A dãnatiõe ꝑpetua. l.
A ſpiritu fornicationis. l. Ab appeti-
tu inanis glorie. l. Ab ira ꝛ odio et oi
mala voluntate. l. A cecitate cordis. l
A fulgure ꝛ tẽpeſtate. l A ſubitanea






et eterna morte. li. Per miſterium ſcte
incarnationis tue. li. Per aduentum
tuum. li. Per natiuitatem tuam. li.
Per paſſionem et crucem tuam libe.
Per glorioſam reſurrectionē tuā li.
Per admirabilem aſcenſionē tuā li.
Per gratiam ſancti ſpiritus paracli
ti. li. In hora mortis ſuccurre nobis
domine. In die iudicii. li. Peccatores
te rogamus audi nos. Ut pacem no
bis dones te rogamꝰ audi nos. Ut mi
ſericordia et pietas tua nos cuſtodiat
tr. Ut eccleſiam tuam regere et defē
ſare digneris. tr. Ut omnibus bona
factoribus noſtris: ſempiterna bene
retribuas. tr. Ut omnibus fidelibus
defunctis requiem eternam dones. tr.
Ut omnia peccata noſtra nobis di
mittas. tr. Ut nos exaudire digne
ris. te rogamus audi nos. Fili dei tr.
Fili dei. tr. Fili dei. te rogamus au
di nos. Agnus dei qui tollis peccata
mundi parce nobis domine. Agnus





dei qui tollis peccata mundi: exaudi
nos domine Agnus dei qui tollis pec
cata mundi: dona nobis pacem. Kyri
eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyri eleyſon.
Pater noſter. Et ne nos. Sed libera.

Pſalmus

Deus in adiutorium meum inte
de: domine ad adiuuandum me
feſtina Confundantur et reuereātur
qui querunt animam meam Auertā
tur retrorſum et erubeſcant: qui volūt
michi mala Auertantur ſtatim eru
beſcentes: qui dicunt michi euge euge.
Exultent et letentur in te omēs qui
querunt te: et dicant ſemper magnifi
cet dñs q̄ diligunt ſalutare tuū Ego
vero egenus et pauper ſum: deus ad
iuua me. Adiutor meus et liberator
meus es tu: domine ne moreris. Glo
ria patri et filio et ſpiritui ſancto Si
cut erat in principio et nunc et ſemper
et ī ſecula ſeculoꝝ amē. ℣. Saluos fac
ſeruos tuos ꝛ ancillas tuas. ℟. Deus

Parce domīe
parce populo



tuo quem re
demiſti preci



oſo ſanguine
tuo



meus ſperātes in te. ℣. Eſto nobis do
mine turris fortitudinis. ℟. A facie ini
mici. ℣. Nichil proficiat inimicus i no
bis. ℟. Et filius iniquitatis non ap
ponat nocere nobis. ℣. Domine non ſe
cundum peccata noſtra facias nobis.
℟. Neqꝫ ſecundū iniquitates noſtras
retribuas nobis. Oremꝰ pro papa no
ſtro N. Dominus conſeruet eum ⁊ vi
uificet eum et beatum faciat eum in
terra: et non tradat eum in animaꝫ ini
micorum eius. ℣. Oremus pro benefa
ctoribus noſtris. ℟. Retribuere digna
re domine omnibus nobis bona faciē
tibus propter nomen ſanctum tuum
vitam eternam amen. ℣. Oremus ꝓ
fidelibus defunctis. ℟. Requiem eter
nam dona eis dn̄e: et lux perpetua luce
at eis. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amē
℣. Oremus pro fratribus noſtris ab
ſentibus. ℟. Saluos fac ſeruos tuos
et ancillas tuas deus meus ſperātes
in te. ℣. Mitte eis domine auxiliuꝫ de

ſancto. ℟. Et de ſyon tuere eos. ℣. Do
mine exaudi. ℟. Et clamor. Orō.

DEus cui ꝓpriū ē miſereri ſēp et parcere ſuſcipe deprecationē noſtram: Ut quos delictorum cathena cōſtringit miſeratio tue pietatis abſoluat. Per dominum. Oratio.

EXaudi nos queſumus domine ſupplicum preces et confitentiū tibi parce peccatis: Ut pariter indulgentiā nobis tribuas benignus et pacem.

INeffabilem nobis domine miaꝫ tuam clementer oſtēde: Ut ſimul nos et a peccatis omnibus exuas: et a penis et tribulationibus quas pro his meremur benignus eripias.

DEus qui culpa offenderis penitētia placaris preces populi tui ſupplicantis propicius reſpice: et flagella iracūdie tue que pro peccatis noſtris meremur auerte. Per dominum.

OMnipotens ſempiterne deus miſerere famulo tuo pape noſtro

℟. et dirige eum ſecundum clementiā
tuam in viam ſalutis eterne: Vt te do
nante tibi placita cupiat et tota vir
tute perficiat.

Deus a quo ſancta deſideria re
cta conſilia et iuſta ſunt opera:
da ſeruis tuis illam quam mūdus da
re non poteſt pacem: Vt et corda noſtra
mandatis tuis dedita: et hoſtium ſub
lata formidine tempora ſint tua pro
tectione tranſquilla.

Ure igne ſancti ſpūs renes nrōs
et cor noſtrum domine: Vt tibi ca
ſto corpore ſeruiamus et mundo corde
placeamus. Oratio.

Fidelium deus omnium condi
tor et redemptor animarū famu
lorum famularumqꝫ tuarum remiſſi
onem cunctorum tribue peccatorum:
Vt indulgentiam quam ſemper opta
uerunt piis ſupplicationibꝫ conſequā
tur. Qui viuis et regnas deus. Per
omnia ſecula ſeculorum. Amen. o:o

Actiones noſtras queſumus do-
mine aſpirando preueni et adiu-
uando proſequere Vt cũcta noſtra ope
ra a te ſemper incipiant: et per te ince-
pta finiantur. Per dominum

Omnipotẽs ſempiterne deus qui
Viuorũ dominaris ſimul et mor-
tuorum omniumqꝫ miſereris quos tu
os fide et opere futuros eſſe prenoſcis
te ſupplices exoramus Vt pro quibus
effundere preces decreuimus: quoſqꝫ
Vel preſens adhuc ſeculum in carne
retinet Vel futurum iam exutos cor-
pore ſuſcepit: intercedentibus omnibꝫ
ſanctis tuis pietatis tue clementia de-
lictorum ſuorum Veniam et gaudia
conſequi mereantur eterna. Per chri-
ſtum dominum noſtrum. Amen

Sequuntur Vigilie mortuorum.
Ad Veſperas. ã. Placebo. Ps.



PRO DEFVNCTIS AD VESP'

Ilexi quoniam exaudiet dominus: vocem oratiõis mee. uia inclinauit aurem suã michi: et in diebꝰ meis inuocabo. ircum

dederunt me dolores mortis: et pericu
la inferni inuenerunt me. Tribulatio
nem et dolorem inueni: et nomen domi
ni inuocaui. O domine libera animam
meam miſericors dominus et iuſtus:
et deus noſter miſeretur. Cuſtodiens
paruulos dominus: humiliatus ſum
et liberauit me. Conuertere aīa mea
in requiem tuam: quia dominus bene
fecit tibi. Quia eripuit animam meam
de morte oculos meos a lacrimis: pe
des meos a lapſu. Placebo domino in
regione viuorum. Requiem eternam
dona eis domine: et lux perpetua luce
at eis. ā. Placebo domino in regiōe vi
uorum. ā. Heu me. Pſalmus.

AD dominum cum tribularer cla
maui: et exaudiuit me. Domine
libera animam meam: a labiis iniquis
et a lingua doloſa. Quid detur tibi aut
quid apponatur tibi: ad linguam dolo
ſam. Sagitte potentis acute: cum car
bonibz deſolatoriis. Heu michi quia

Fidelium ani me per miam



dei requieſcāt in pace. Amen



Requiē eťnam dona eis dñe.





incolatus meus prolongatus eſt· ha-
bitaui cum habitantibus cedar: mul-
tum icola fuit anima mea. Cum his
qui oderunt pacem eram pacificus: cū
loquebar illis impugnabant me gra-
tis. Requiem. ā. Heu me quia incola-
tus meus prolongatus eſt. ā. Dñe.
Leuaui oculos meos in montes
Vnde Veniet auxilium michi.
Auxilium meum a domino: qui fecit
celum et terram. Non det in commoti
onem pedem tuum: neqꝫ dormitet qui
cuſtodit te. Ecce non dormitabit neqꝫ
dormiet: qui cuſtodit iſrael. Dominꝰ
cuſtodit te dominus protectio tua ſu-
per manum dexteram tuam. Per diē
ſol non Vret te: neqꝫ luna per noctem.
Dominus cuſtodit te ab omni malo:
cuſtodiat animam tuam dñs. Domi-
nus cuſtodiat introitum tuum et exi
tum tuum: ex hoc nunc et Vſqꝫ in ſe-
culum. Requiem. ā. Dominus cuſto-
dit te ab omni malo: cuſtodiat animā



tuam dominus. an. Si iniquitates. ps.
DE profundis clamaui ad te do-
mine: dñe exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vo-
cem deprecationis mee. Si iniquita-
tes obseruaueris dñe: dñe quis susti-
nebit Quia apud te ꝓpiciatio est: et ꝓ-
pter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius
sperauit anima mea in domino A cu-
stodia matutina vsqz ad noctem: spe-
ret israel in domino Quia apud domi-
num misericordia: et copiosa apud eũ
redemptio Et ipse redimet israel: ex
omnibus iniquitatibus eius Requiẽ
eternam dona eis domine. An. Si ini-
quitates obseruaueris domine: domine
quis sustinebit. an. Opera
COnfitebor tibi domine in toto
corde meo: qm̃ audisti verba oris
mei In conspectu angelorum psallã
tibi: adorabo ad templum sanctũ tu-
um et confitebor nomini tuo Super

miſericordia tua et veritate tua: quo
niam magnificaſti ſuper omne nomē
ſanctum tuum. In quacumqȝ die inuo
cauero te exaudi me: multiplicabis in
anima mea virtutem. Confiteantur
tibi domine omnes reges terre: quia au
dierunt omnia verba oris tui. Et can
tent in viis domini quoniā magna eſt
gloria domini. Quoniam excelſus do
minus et humilia reſpicit: et alta a lō
ge cognoſcit. Si ambulauero ī medio
tribulationis viuificabis me: et ſup
iram inimicorum meorum extendiſti
manum tuam et ſaluū me fecit dex
tera tua. Dominus retribuet pro me
domine miſericordia tua in ſeculū ope
ra manuum tuarum ne deſpicias.
Requiem eternam. An. Opera manu
um tuarum ne deſpicias. ℣. Audiui
vocem de celo dicentem michi. ℟. Be
ati mortui qui in domino moriuntur
An. Omne quod dat. Canticum
beate marie

Magnificat anima mea dominus
Et exultauit ſpiritus meus in
deo ſalutari meo. Quia reſpexit humi
litatem ancille ſue: ecce enĩ ex hoc be
atam me dicent omnes generationes.
Quia fecit michi magna qui potens
eſt: et ſanctum nomen eius. Et miſeri
cordia eius a progenie in progenies: ti
mentibus eum. Fecit potentiã in bra
chio ſuo diſperſit ſuperbos mente cor
dis ſui. Depoſuit potentes de ſede: et
exaltauit humiles. Eſurientes imple
uit bonis et diuites dimiſit inanes
Suſcepit iſrael puerum ſuum recor
datus miſericordie ſue. Sicut locut⁹
eſt ad patres noſtros: abraham et ſemi
ni eius in ſecula. Requiem eternam.
ã. Omne quod dat michi pater ad me
veniet: et eum qui venit ad me non ei
iciam foras. Pater noſter. Et ne nos.
Lauda anima mea dominus lau
dabo dñm in vita mea: pſallam
deo meo q̄diu fuero. Nolite confidere



Omnes gen-
tes plaudite



manibus iubi
late deo



in principibꝫ:nec in filiis hoim in qui-
bus nō eſt ſalus. Exibit ſpūs eius et
reuertetur in terram ſuam: in illā die
peribūt oēs cogitationes eoꝝ. Beat⁹
cuius deus iacob adiutor eius ſpes ei⁹
in domino deo ipſius qui fecit celuꝫ et
terram:mare et omnia que in eis ſunt
Qui cuſtodit veritatē in ſeculū facit
iudicium iniuriā patientibꝫ: dat eſcā
eſurientibus. Dñs ſoluit compeditos
dñs illuminat cecos. Dñs erigit ely-
ſos:dñs diligit iuſtos. Dñs cuſtodit
aduenas pupillū et viduā ſuſcipiet:⁊
vias pctoꝝ diſperdet. Regnabit dñs
in ſecula deus tuus ſyon:in generatio
ne et generationē. Requiē. ℣.Requie-
ſcant in pace.℟.Amen.℣.A porta infe
ri.℟.Erue domine aīas eorum. Dñe
exaudi.Et clamor. Orō.

Deus qui inter apoſtolicos ſacer
dotes famulos tuos pontificali
ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vige-
re:preſta q̄s vt eorū quoqꝫ perpetuo



aggregentur conſortio. Per dn̄m
Deus venie largitor et humane
ſalutis amator queſumus cle-
mentiam tuam Ut noſtre congregati-
onis fratres ſorores propiquos ⁊ oēs
benefactores noſtros qui ex hoc ſecu-
lo tranſierūt beata maria ſemper. Vir-
gine intercedente cum omnibus ſan-
ctis tuis ad perpetue beatitudinis cō-
ſortium peruenire concedas. Per do-
minum noſtrum Oratio
Fidelium deus omnium cōditor
et redemptor animabus famulo-
rum famularumqꝫ tuarum remiſſio-
nem cunctorum tribue peccatorum vt
indulgentiam quam ſemper optaue-
runt piis ſupplicationibus cōſequāt
Qui viuis. Ad matutinas Inui-
tatorium. Regē cui oīa viuūt Venite
adoremus. p̄s. Venite. ā. Dirige ps
Verba mea auribus percipe dn̄e:
intellige clamorem meū Inten
de voci orationis mee: rex meus ⁊ deus




meus. Quoniam ad te orabo domine:
mane exaudies vocem meam. Mane
aſtabo tibi et videbo: quoniam non de
us volens iniquitatem tu es. Neqꝫ
habitabit iuxta te malignus: neqꝫ per
manebunt iniuſti ante oculos tuos.
Odiſti omnes qui operantur iniqui
tatem: perdes omnes qui loquunt mẽ
dacium. Virum ſanguinum et doloſũ
abominabitur dñs: ego autẽ i multi
tudie mĩe tue. Introibo i domũ tuã:
adorabo ad templum ſanctum tuum
in timore tuo. Domine deduc me in iu
ſtitia tua propter inimicos meos: diri
ge in conſpectu tuo viam meã. Quo
niam non eſt in ore eorum veritas: cor
eorum vanum eſt. Sepulcrum patẽs
eſt guttur eorum linguis ſuis doloſe
agebant: iudica illos deus. Decidant
a cogitationibus ſuis ſecundum mul
titudinem impietatum eorum expelle
eos: quoniam irritauerunt te domine.
Et letentur omnes qui ſperant in te



ineternum exultabunt: & habitabis in
eis t gloriabuntur in te omnes qui
diligunt nomen tuum quoniam tu be-
nedices iuſto omine Ut ſcuto: bone
voluntatis tue coronaſti nos equi-
em eternam. an. Dirige domine deus
meus in conſpectu tuo viam meam.
a. Conuertere Pſalmus.
Omine ne in furore tuo argu-
as me: neqz in ira tua corripias
me iſerere mei domine quoniam in-
firmus ſum: ſana me domine quoniaz
conturbata ſunt oſſa mea t anima
mea turbata eſt valde: ſed tu domine
vſqzquo. onuertere domine et eri-
pe animam meam: ſaluum me fac pro-
pter miſericordiam tuam. Quoniam
non eſt in morte qui memor ſit tui. in
inferno autem quis confitebitur tibi.
aboraui in gemitu meo lauabo per
ſingulas noctes lectum meum. lacri-
mis meis ſtratum meum rigabo tur-
batus eſt a furore oculus meus: inue-






teraui ier omnes ĩimicos meos. Diſce
dite a me omnes qui operamini iniqui
tatem: quoniam exaudiuit dominus
vocem fletus mei. Exaudiuit domi:
nus deprecationem meã: dominus ora
tionem meam ſuſcepit. Erubeſcant &
conturbentur vehementer omnes ini:
mici mei: conuertantur et erubeſcant
valde velociter. Requiem eternam
ã. Conuertere domine et eripe animã
meam quoniam non eſt in morte qui
memor ſit tui. ãn. Nequando. ps
DOmine deus meus in te ſpera:
Qui ſaluum me fac: ex omnibus
perſequentibus me et libera me. Ne:
quando rapiat vt leo animam me:
am dum non eſt qui redimat neq; qui
ſaluum faciat. Domine deus meus
ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in mani:
bus meis. Si reddidi retribuentibus
